



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90566467**

N.III. Der Evangelicorum Ausatz in puncto Autonomiæ mit beygefügten differenz-notaminibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](#)

1647.  
April.Dictat. d. 1. Martii  
1647.

N. III.

1647.  
April.

Der Evangelicorum Auffaß in puncto Autonomiæ, mit des von Thums-  
hirn begefügten Notis Marginalibus, worinnen solcher von dem  
Kaiserlichen Auffaß differiret.

Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vasallos, Civitates, Fundationes, Monasteria, Commendas, Communitates & Subditos Statibus Imperii Immediatis, sive Ecclesiasticis sive Secularibus, vel purè vel sim-  
pliciter, vel certis conditionibus & privilegiis subiectos pertinet, (A.) qui Anno 1624. quacunque anni parte sive (B.) certo Pacto & Privilegio, sive longo usū, sive solā conniventia publicum Augustanæ Confessionis Exercitium vel etiam privatum habuerunt, retineant id etiam imposterum, unā cum annexis, quatenus illa dicto Anno exercuerunt, aut exercita fuisse probare poterunt (C.) ut sunt Institutio Consistoriorum, Ministeriorum tam Scholasticorum quam Ecclesiasticorum, jus Patronatus, (D.) aliaque jura, nec minus maneat in possessione omnium dicto tempore in potestate eorumdem constitutorum Templorum, Fundacionum, Monasteriorum, Hospitalium, cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus (E.) usque eo, donec de Religione Christiana plenē erit conventum, nec à quoconque ulâ (F.) viā turbentur, turbati verò sine ulla exceptione (G.) in Politicis & Ecclesiasticis in eum statum restituantur (H.) plenariè, quo Anno 1624. fuerunt. Idemque observetur ratione subditorum Catholicorum Augustanæ Confessionis Statuum, ubi dicto anno 1624. usum & Exercitium Catholicorum (I.) publicum habuerunt.

K. Omissa.

L. Mutata.  
M. Mutata.  
N. Mutata.

O. Omissa.

P. Mutata,  
Q. Omissa.

Quod si verò aliqua inter tales Immediatos Imperii Status, eorumque Status Provinciales & Subditos supra dictos antehac Paetæ intercessissent, & Transactiones, Conventiones atque Concessiones de publico vel etiam pri-  
vato Exercitio Religionis introducendo, permittendo & conservando initæ & factæ sunt, hujusmodi Paetæ, Transactiones, Conventiones & Conces-  
siones, quatenus observantia dicti Anni 1624. non adversantur, ratæ ac fir-  
mæ manento, nec ab iisdem nisi mutuo consensu recedere liceat. Non at-  
tentis sed annihilatis omnibus Anni 1624. observantia, utpote quæ instar Regulæ obtineat, contrarijs latis Sententiis, Reversalibus, Paetis, quibuscumque Transactionibus, (K.) & quæ Episcopus Hildesiensis & Du-  
ces Brunsvicenses & Luneburgenses de Religione Statuum & Subditorum Episcopatus Hildesiensis nonnullis Paetis Ao. 1643. transegerunt. De Duder-  
stadio peculiariter conventum est, ut Civibus Augustanæ Confessionis unum  
Templorum concedatur & perpetuò maneat ad Religionem publicè in ea  
exercendam.

Illi vero Catholicorum Subditi Augustanæ Confessioni addicti, ut &  
Catholici (L.) Evangelicorum subditi, qui 1624. (M.) publicum Religionis suæ Exercitium nulla anni parte obtainuerunt, (N.) quotquot eorum se habeant  
vel isti in Religioni addictos intra bimestre post Pacem publicaram profitebun-  
tur (cujus professionis quivis Magistratus aut Notarius testimonium suffi-  
cientis in scriptis exhibere teneatur) Religionis causa solum vertere, bona ve-  
nundare & emigrare nullatenus cogantur, sed (O.) conscientiæ liberæ domi  
suæ tuti precibus piisque hymnis & lectioni divinarum aliarumque scriptu-  
rarum liberè vacent, neque ullo (P.) modo prohibeantur apud finitos ubi  
& quocies voluerint publico Religionis exercitio interesset, (Q.) vel liberos suos  
exteris

1647. exteris Evangelicorum Scholis aut privatis domi Præceptoribus instruen-  
Majus. dos committere. (R.)

R. Addita.

Sive autem Catholici sive Evangelici fuerint Subditi, nullibi ob Reli-  
gionem despiciatur habeantur, nec a mercatorum tribuumè communio-  
ne, hereditatibus, Legatis, Hospitalibus, Leprosoriis, (S.) Praebendis,  
Eleemosynis, aliisque Juribus & Commerciis, multò minus publicis Cœ-  
miteriis, honorequè sepulturae arceantur, aut quidquam pro exhibitione  
(T.) cadaverum à superstibis exigatur, prater cujusque Parochialis Ec-  
clesiae jura, pro demortuis pendi solita: sed in his & similibus paricūm  
concivis jure habeantur, æquali Justitiæ protectioneque tuti.

S. Omissum.

T. Mutata.

Quod si sua sponte migrare subditus voluerit, aut suum vendere, libe-  
rum ei sit, aut retentis bonis, aut alienatis discedere, retenta per ministros  
V. omissum. administrare, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas (V.) li-  
berè redire. Emigratio quoque hæc voluntaria, prætextu servitutis vel  
alio neutiquam impediatur, aut migraturis testimonia nativitatis, ingenui-  
tatis, manumissionis, noti opificii, honestæ viræ denegentur. Nec iidem  
W. Omissa. Reversalibus inusitatis, (W.) (aut clausulis vel Juramentis de non mutanda  
X. Mutata. Religionem) aut (X.) etiam decimationibus plus æquo extensis, pragraven-  
Y. Partim omissa, par- tur. (Y) Ast illis Catholicorum subditis, qui post præfatum bimestre spatiū  
tim mutata. Augustanam Confessionem, atque Evangelicorum Subditis, qui elapo modò  
dicto termino Catholicam Religionem amplectuntur, aut quibus hereditatis,  
connubii, aliajè occasione & titulo bona obtingunt, ab eo tempore, quo uni-  
cuique (nec enim editalis iussio sufficiat) a Magistratu, ut emigret tertiatè  
vice injungitur, quindecim anni concedantur, quibus currentibus vel bo-  
na vendat & alio commigret, vel nolens vendere, quindecim annis præter-  
lapsis, necesse quidem habeat in alias terras se conferre, liberum verò ipsi  
fit, bona per ministros Religionis in territorio unde abiit, publicè usitatè ad-  
ministrare, & quoties ratio rei familiaris & economiæ exposcit, citra specia-  
lem licentiam ad ea commeare. Subditi præterea, quibus migratio, ut di-  
ctum est, necessaria, pendente quindecennio, eodem jure fruantur, quo  
exteri, qui migrationis libero gaudent arbitrio.

## §. IX.

Der Evans- gelischen dar- gelassenen dat- ne Delabera- tion. Den 3. Maii wurde dann über die vor- mahlstein, auch in diesen Haupt-Punkten herstellende beyde, von den Kaiserlichen Ge- einen Schluss zu machen, und dadurch den sandten communicirte Aussäße, in pun- gansen so lange Zeit debattirten punctum

et Autonomie & Justitie, unter den Ev. Gravaminum Ecclesiasticorum, (auf- angelicis consilicet, und darinnen an ser des noch zur Zeit ausgestellten Puncti der verschiedenen Orten, Aenderung vorzuneh- Erb-Landen) zu seiner abhelfslichen Maas men, nach Ausweis folgenden Protocilli, und Richtigkeit zu bringen; Inmassen dars- und gesertigt. sub N. I. gut gesunden: in deren confor- auf bei der am 5. Maii vorgangenen aber- mität zwey andere Project, wie ab N. II. mahligen Conferenz, des puncti Autono- und III. zu sehen, gesertigt, und selbige so: wie halber, fast allerdings, und bis auf die gleich folgenden Tags, den 4. Maii, den Differenz, die in dem Kaiserlichen Auf- Schwedischen Legatis, durch die Ordinatio Exordii loco, gesetzte general Regul nari. Deputatos, eingeliefert, auch mit de Jure Reformandi, annexo Juri Territo- rialis betreffend, (als welche die Kaiserliche ersuchet wurden, dasjenige, so auf ferners Gesandten bisher mordicus behaupteten, deswegen vorstehendes Versuchen, nicht zu die Schwedischen und Evangelischen aber, erheben sey, endlich dahin gestellt seyn zu selbige als der nachfolgenden Disposition puncio Reli- lassen, und also im Nahmen Gottes der zuwider, und contra privatam conscienc ionis.

Evangelici übertragen den Schwei- den den völli- ges Schluss in puncio Reli- laßen. ihnen durchgegangen, und dieselbe anbet riali betreffend, (als welche die Kaiserliche ersuchet wurden, dasjenige, so auf ferners Gesandten bisher mordicus behaupteten, deswegen vorstehendes Versuchen, nicht zu die Schwedischen und Evangelischen aber, erheben sey, endlich dahin gestellt seyn zu selbige als der nachfolgenden Disposition tia-